tus facientibus. ex qua ꝓcedit ↄtinētia. que
eſt virtus ab illecebꝛis. caſtitas. ſobꝛietas. ꝑ
citas qua retinemꝰ retinenda. largitas. mo
derantia. honeſtas. abſtinentia. verecundia
modeſtia. omniū rerū moderatio. Tertia
cardinalis virtus eſt foꝛtitudo politica que
eſt animū ſupꝛa periculi metū erigere. nihil
ꝙ niſi turpia timere. Secūda purgatoria ē
animo nō terreri cōtra queꝗ aduerſa. Ter
tio purgati animi eſt paſſiones non ſolum
vincere coꝛpis. ſed animo penitus ignoꝛare
Exemplaris que in deo eſt ꝙ ſemꝑ idē eſt
nec vnꝗ mutaꝛ. Ex his poteſt patere ꝙ pri
mus gradus hoīem facit omnē metū ꝑ vti/
litate reipublice poſtponere. ⁊ nihil niſi tur/
pia foꝛmidare. Secūdus magis confoꝛtat
vt nulla pena carnalis eū terreat. quia ad ſo
la eterna foꝛtiter anhelat. Tertius mentem
in eternis figit cū cōtraria viderit repugna/
re animo. ⁊ cōfidenter cōtemnit. Quartus
ꝑdictos gradꝰ inchoat deducit ⁊ conſūmat
Jpe attingit a fine vſꝗ ad finem foꝛtiter. ⁊
diſponit oīa ſuauiter. Seneca. Magna
nimitas que et foꝛtitudo dicitꝛ ſi inſit aīmo
tuo. viues cū magna fiducia. liber. intrepidꝰ
alacer. Magnū animi humani bonū eſt fi/
nem huiꝰ vite intrepidū expectare. Si ma/
gnanimꝰ fueris nunꝗ iudicabꝛ tibi cōtume
liam fieri de inimico. dices non mihi nocuit
ſed nocendi animū habuit. ⁊ cū ipſum in po
teſtate tua videris. vindictā putab vindica
re potuiſſe ⁊ non feciſſe. Scito eīn magnū
⁊ honeſtū vindicte eē genus ignoſcere. Erꝫ
magnanimꝰ ſi pericula non appetas vt teme
rarius. nec foꝛmidas vt timidus. Nā timi/
dū non facit animū niſi repꝛehēſibilis vite
cōſcientia. Foꝛtitudo eſt immobilis intꝛ ad
uerſa animi laboꝝ ⁊ periculoꝝ ſuſceptio. q̄
nec aduerſitatis incurſu frangitꝛ. nec ꝓſperi
tatis blandimēto eleuatꝛ. De qua oꝛitur ma
gnanimitas. fiducia. ſecuritas. patientia. ꝑ/
ſeuerantia. longanimitas. humilitas. man/
ſuetudo. ⁊c. Quarta virtus cardinalis eſt
iuſticia politica. que eſt mundū deſpicere. et
ſeruare vnicuiꝗ qđ ſuū eſt. ſcꝫ ſibi ipſi ⁊ pri/
mo ⁊ deo. Purgatoꝛia eſt ad veram viā pri
mi conſentire. ⁊ vniuſcuiuſꝗ virtutes ī ſuo
vigoꝛe ſeruare. Tertio purgati animi. eſt cū
diuina mente ꝑpetuo federe ſociari. Exem
plaris iuſticia q̄ in deo eſt ꝑhenni lege a ſem
piterna operis ſui cōtinuatione nō flectitur
Primus gradꝰ ab oīi iniquitate cuſtodit.
⁊ cum oībꝫ hominibꝫ cōuerſari facit. Se
cundus mentē ad eterna trahit. quia iuſto
oꝛdine rationis ꝑfecte cōſentit. Tertiꝰ men/
tem in eternis figit. quia illā cum deo eter/
no ꝑpetuo federe ſociat. Quartꝰ predictos
gradus inchoat. deducit. ⁊ perficit qui om/
nem creaturā ſua ꝑpetua ⁊ inflexibili lege in
ſte regit. Ex his patet quomodo per virtu/
tes cardinales vt ſunt politice homo oꝛdi/
natur in opationibꝫ ſuis quo ad ꝓximū ſuū
per virtutes que ſunt purgatoꝛie oꝛdinatur
ad ſeipm̄. Purgati animi ad deū. Seneca.
Juſticia eſt nature decus. tacita ↄuentio.

Explicit tractatus de quattuoꝛ vir/
tutibus cardinalibus editꝰ a ſan/
cto Bonauentura doctoꝛe ſera/
phico.

Sequuntꝛ octo collatōnes ſancti Bona
uenture. facte in conuentu tholoſano. Ex ꝓ
ma de verbi incarnatione

Vide aīma mea
innouata mirabilia veritatis.
Nec oīa videre poſſumꝰ q̄
fecit iunctura cōfederās deū
hominē in verbo quod factū
eſt qđ fecit deus ⁊ oſtendit nobis. Primo
vis videre eternitatē nouā. quia q̄ filius dei
eſt eternaliter. caro factus eſt tempalitꝛ. Vi
de anima mea non poterat te redimere niſi
haberet preciū. nec debebat ſēm legē niſi eſ/
ſet ꝓpinquus. Homo ꝓpinquus erat ſed pre
cium nō habebat. Deus preciū habebat. ſꝫ
ꝓpinquus nō erat. non debebat niſi homo.
non poterat niſi deus. Factꝰ eſt ergo deꝰ ho
mo propinquꝰ. ⁊ factus eſt noſter Jeſus vir
precioſioꝛ auro ⁊ homo mūdo obriſo. Iſa.
xiij. Sacculū pecunie tulit ſecū. quia deus
homo in carne apparuit. ⁊ verbū in carne q̄
ſi pecuniā in ſacco abſcondit ⁊ hominē reū
redemit. Secundo admittit immēſitas
breuitatē. quia verbū abbꝛeuiatū fecit dn̄s
ſuper terrā. Verbū inꝗ̄ diuinitate immen/
ſum. eſt poſitiōe preſepij abbꝛeuiatū. Vide
anima mea dulcia mirabilia ⁊ omnino tibi
neceſſaria. Tua neceſſitas non minus ꝗ̄ dei
filio ſupplebatꝛ. ſed tua poſſibilitas non capi
ebat immēſum ⁊ maioꝛ erat neceſſitas ꝗ̄ ca
pacitas. Propter quod mirabilis diſpēſatō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conſilij charitatis diuine puidit vt ſcʒ daret
nobis filiū quo indigebam⁹. ꝛ paruulū quē
capere poteram⁹. Ideoq̨ʒ paruul⁹ nat⁹ ē no
bis. ꝛ fili⁹ datus eſt nobis. Tertio admit
tit pulcritudo obſcuritatē. quia q̄cq̄d iocū/
ditatis habeo ſi nō poſſum videre tā immē
ſe charitatis donū. quid mihi ꝑdeſt. Unde
in noſtro Jhu apta eſt illa facies in quā de/
ſiderāt angeli pſpicere ſacco mortalitatꝫ no
ſtre. vt nō ſoluʒ viſibilē cernerem⁹ inuiſibili
ſpecie. ſʒ nobis ſimilē amarem⁹ in nr̄a carne
Unde Apoc. vj. Fact⁹ eſt ſol ſicut ſaccus ci
licinus. Sol iuſticie xp̄s deus noſter. qui ē
ſplendoꝛ gl̄ie ꝛ figura ſubſtātie patris. Ad
Hebre. j. Specioſioꝛ plane ſole ꝛ ſuꝑ omnē
diſpoſitōem ſtellaꝝ luci cōparatus inuenit
prioꝛ. ꝛ tamē ꝑpter nos fact⁹ eſt quaſi ſaccus
cilicinus ꝑpter aſperitatē. Quarto admit
tit celſitudo abiectiōem. imperiū ſeruituteꝫ.
quādo nō ad me ſed infra me deſcēdit. quā/
do hodie iacuit ad pedes animaliū ille cui⁹
glorioſi pedes vix erāt acceſſibiles altiſſimiſ
angeloꝝ. Ecce ipe benedictus deus omnia
fecit ex parte ſua vt eū habeam⁹. fit homo vt
ei attineā. fit paru⁹ vt eū accipiā. fit viſibilis
vt eū agnoſcā. fit humilis vt eū attingam.
Quinto fortitudo admiſit infirmitatē. ſa
pientia ſimplicitatē. Ego ſum reus ꝛ coꝛam
eius ſapiētia venire erubeſco. Ego aduerſa
rius ꝛ ideo ab eius potētia cōtremiſco. Cō
miſſa mea iquit paueſco ꝛ ante te erubeſco.
Ideo mira di benignitas que ſemꝑ magni
ficauit benefacere nobis. ſuā abſcōdit ſapiē
tiam in ſimplicitate ne erubeſcā comparere
fortitudinē in infirmitate. ne pertimeſcā ac
cedere. Ipe em̄ eſt qui poꝛtat om̄ia verbo ꝟ
tutis ſue. Ipm inq̨ʒ tale verbū factum eſt ca
ro ꝛ nō ſolū homo paſſibilis. ſed etiā in par
uulitate mihi ſimilis. ꝛ carne mortal̄ Se
pto iuſticia ſubijt reatū. quia ne dicas quid
ꝓderit accedere nec negociū meū contingat
complere. Hec aūt eſt mea neceſſitas. quia
concep⁹ ſum in omni malo ꝛ priuat⁹ omni
bono ꝑpter culpā meā ꝛ debitā penam ꝛ in/
digeo a malo releuari ꝛ in om̄i bono reſtitui
Et ideo ſtupendo cōſilio iuſticia ſubijt rea/
tum vt iuſtificemur a malo. opulentia defe
ctum vt locupletemur in bono. Eū enim q̄
nō nouerat om̄ino peccatū. ſcʒ innocentē ie/
ſum qui peccatū nō fecit. nec inuentus ē do
lus in oꝛe eius. Fecit deus peccatū ꝓ nobiſ
id eſt. peccati noſtri reatū ſibi impoſuit. Do
minus poſuit in eo iniquitates omniū no/
ſtrū. vt efficeremur iuſticia dei in illo. O ꝟe
felicem neceſſitatē. quia ex quo de⁹ homo ie/
ſus noſtrū reatū aſſumpſit ſoluendū. vel ne
ceſſe fuit deū odire ſeipm. quod eſt impoſſi/
bile. vel recōciliari hominē reū. quod q̄deꝫ
eſt deo acceptabile ꝛ ab ipo intentū. Se/
ptimo ſubijt opulētia egeſtatē vt locuplete/
mur in regno. Scitis gratiā dn̄i noſtri Je
ſu xp̄i. quoniā cū eſſet diues ꝑpter nos ege/
nus fact⁹ eſt vt illius inopia diuites eſſem⁹.
O quantū deberem⁹ eſſe locupletati. quibꝫ
deus tm̄ dedit q̨ nud⁹ ꝛ pauper remāſit. Ui
de felicē neceſſitatē in qua ſe poſuit ꝓ nobis
Amoꝛe noſtro ebri⁹ benedictus ieſus. quia
neceſſe eſt hominē reſtitui in regnū. vel Je/
ſum regē a regno exulare priuſq̨ʒ ipe nr̄am
aſſumpſit inopiā. ꝛ ſimul in vnū conueniūt
diues ꝛ pauꝑ. Sic ergo anima mea tu⁹ Je
ſus de⁹ eternus aſſumpſit nouitatē vt ei at/
tineas. immēſus breuitatē vt eum accipias
Pulcritudo obſcuritatē vt eū attingas. ſa/
pientiſſim⁹ ſimplicitatē ne erubeſcas. Foꝛ/
tiſſimus infirmitatē ne cōtremiſcas. Juſtiſ
ſimus reatū vt iuſtificeris a malo. Opulen
tiſſimus defectum vt locupleteris in bono
Hec Ubertinus.

De timoꝛe dn̄i Bernard⁹

A Qua ſapiētie ſalutaris fons vite et
initiū ſapiētie timoꝛ domini eſt. Op
time refrigerās animā. in omnibus
noxijs deſiderijs eſtuātē. iacula inimici po/
tens extinguere. ꝛ ꝑ om̄ia pietati ꝓrimoꝛuꝫ
timoꝛ dn̄i pferendus eſt. Qui timoꝛē domi
ni ſemꝑ habet pre oculis vie eius pulcre. et
om̄es ſemite eius pacifice. Stat propoſitū
dei. ſtat ſemita pacis ſuper timētes eū. ipoꝝ
ꝛ diſſimulās mala ꝛ remunerās bona. Ut
miro modo eis bona ꝛ mala cooperentur ī
bonū. In veritate didici nil tā efficax ad ḡti
am ꝓmerendā. retinēdā recuperādā q̨ʒ ſi oī
tpe coꝛā deo īueniarꝭ. nō altū ſaꝑe ſʒ timere
Beat⁹ es ſi coꝛ tuū triplici timoꝛe repleuerꝭ
vt timeas q̄dē ꝓ accepta gr̄a lōge ampli⁹ ꝓ
amiſſa. lōge pl⁹ ꝓ recupata. Time ḡ cū arri/
ſerit gratia. time cum abierit. time cū denuo
reuertit̄. Cum adeſt time ne indigne opere
ris ex ea. Si receſſerit multo magis timen
dum. q꞉ vbi tibi deficit gratia ibi deficis ꝛ tu
Time ergo ſubtracta gratia tanq̨ʒ mox ca/
ſurus. Time quia reliquit te cuſtodia tua.
Pro om̄i temꝑe time deū ꝛ ex om̄i coꝛdē tuo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tunc demū ſi plene ſi perfecte timueris da
bit tibi ſaporem charitatis.

De obedientia

Ut igitur obediētia religioſi deo ſit
acceptabilis. Ideo debet eſſe prom
pta ſine dilatione. deuota ſine dedi/
gnatione. volūtaria ſine contradictiōe. ſim
plex ſine diſcuſſione. perſeuerās ſine ceſſati/
one. ordinata ſine deuiatione. iocunda ſine
turbatione. ſtrenua ſine puſillanimitate. vni
uerſalis ſine exceptione. Qualiter nos au/
dimus noſtros ſupiores. taliter noſtras ex
audit deus orationes. Hec Auguſtinus.
Ut autē melius valeas eſſe obediens. cogi
ta ſemꝑ quādo vox precipiētis ſonat in au/
ribus tuis. ꝙ vocē iſtam nō tanqꝫ ab homi
ne audias. ſed tanqꝫ ab ipſo deo. Item non
eſt obediens ſed negligēs qui ſecunduꝫ ex/
pectat mandatū. Itē Bernardus. Ut pa/
rum eſt eſſe ſubiectū deo. niſi ſit omni crea/
ture humane ꝓpter deū. ſiue abbati tanqꝫ ꝑ/
cellenti ſiue ab eo prioribus cōſtitutis. Ego
plus dico paribꝫ ſubdere. ſubdere ⁊ minori
bus. Et ſi vis in iuſticia eſſe perfectuſ. vade
ad minorem. ſubdere inferiori iuniori incli/
nato. Nota Climachus. Si quis erga patrꝫ
ſubiectionē ſuam conſcientiā ad ſummum
poſſedit mundā. iſte de cetero per ſingulos
dies mortē quaſi ſomnum. magis vero vi/
tam expectans nō conturbatur. cognoſcēs
in ſolido quia nō ipſe in tempe ſeparationis
ſed qui preeſt reddet ratiōem. Idem. Quā/
do abſente eo qui preeſt vultū ipſius imagi
namur. hūc nobis aſtare putantes. ⁊ omnē
collocutionē vel ſermonem vel cibū vel ali
ud quippiā cum ſuſpicamur odire in nobiſ
auertimuſ. tūc cognoſcamus quia legitimā
obedientiā vere exequimur.

De verecundia.

Neſcio an quicqꝫ gratiuſ verecundia
ad ornatum in moribꝫ hominū eſſe
queat. Oꝫ pulcra hec ⁊ qꝫ pulcra gē/
ma in vita ⁊ vultu adoleſcētis. qꝫ vera et mi/
nime dubia bone nuncia ſpei. bone indolis
eſt index. virga diſcipline eſt illi qui puden/
dis affectibus imminēs. lubrice etatis mo/
tus. actꝰ qꝫ leues coerceat. reprimat inſolen
tes. Quid ita turpiloquij ⁊ omnis deincepſ
turpitudinis fugitans. Soror continentie
eſt indiciū columbine ſimplicitatis teſtis i/
nocentie. lampas pudice mentis iugiter lu
cens, ⁊ nihil in ea turpe vel indecorum reſi/
dere attemptet. ꝙ nō ilico probat. Illa ex/
pugnatrix malorum. ⁊ ꝓpugnatrix puritatiſ
innate. ſpecialis glorie cōtinentia eſt. fame
cuſtos. vite decus. virtutis ſedes. virtutum
primitie. nature laus. ⁊ inſigne totius hone
ſtatiſ. Quid tam amicū verecūdo animo qꝫ
ſecretum. Sed quid tam propriū verecun/
die. qꝫ proprias vitare laudes. vitare iactā/
tiam. Quid tam indecoꝝ. maxime adoleſcē
ti. qꝫ oſtentatio ſanctitatis.

De taciturnitate

Silentij amicus appropinquāt deo.
⁊ latenter colloquens a deo illumi/
natur. Sollicitus de exitu circum/
cidit ſermonē. ⁊ qui luctum anime poſſidet
quaſi ignem auertit multiloquiū. Hec Cli/
machus Bernardus. Bonum ſilentium a
iactantia. bonū a blaſphemia. bonū a mur/
mure ⁊ detractione. Sileat a nobis lingua
maledica. lingua blaſphema. lingua magni/
loqua. quoniā bonū eſt in hoc triplici ſilen
tio ſalutare dn̄i preſtulari. Ita cum ab his
taceas ne dederis ſilentiuꝫ deo. loquere illi
contra iactantiā in confeſſione. vt obtineaſ
veniam de ꝑterito. loquere in gratiarūacti/
one contra murmurationē. vt ampliorē iu
uenias gratiā in preſenti. loquere in oratio
ne contra diffidentiā. vt conſequaris glori/
am in futuro. Confitere inqꝫ preterita pec/
cata. ⁊ pro ꝑſentibus gratias age. ⁊ deiceps
ora ſtudioſius ꝓ futuris. vt ne ipſe quidem
ſileat. a remiſſione. ab immiſſione. aut a pro
miſſione. Item. Iuge ſilentiū ⁊ ab om̄i ſtre
pitu ſeculariuꝫ perpetua quies. cogit cele/
ſtia meditari. Porro continentie labor et ri
gor diſcipline. pſalmorū ⁊ hymnoꝝ dulcedi
ne releuantur. Pudor de preteritiſ noue cō/
uerſationis tēperat auſteritateꝫ. venturi ti/
mor iudicij pio cedit charitatis fraterne ex
ercitio. Tedium ⁊ accidiā procul pellit ſan/
ctarū varietas obſuationū. labor ⁊ latebre
⁊ voluntaria paupertas hec ſunt monacho
rum inſignia. hec vitā ſolent nobilitare mo
naſticam.

De deuotione Bernardus.

Renuat conſolari anima mea in alie
nis. ſi vis in dei amore delectari. de/
licata ſiquidē conſolatio eſt. nec om
nino tribuit admittentibꝫ alienam. Cuius
mens ad alienas inhiat conſolatōnes. ⁊ nō
penitus renuit in caducis ⁊ tranſitorijs cō/
ſolari. ipſe ſibi profecto ſubtrahit celeſtis c̄

ſtam conſolatiōis. Errat omnino ſi quis ce
leſtem illā dulcedinē huic carni diuinum il/
lud balſamū huic veneno cariſmata illa ſpi
ritus miſceri poſſe huiuſmodi illecebris ar/
bitratur. Non amat veritas angulos. ī me/
dio ſtat diſciplina omniū. omnium ſtudijs
delectat. Item ſancta aīma ſola eſto vt ſoli
illi ſerues teipſam quē ex omnibꝫ elegiſti ti/
bi. Fuge publicū. fuge domeſticos. ſecede
ab inimicis ⁊ intimis. nihil tibi ⁊ turbis. ni
hil cum multitudine ceteroꝝ. Ipſum obli/
uiſcere populū tuum. ⁊ domū patris tui ⁊ cō
cupiſcet rex decorē tuum. Secede ergo. ſed
mente nō corpoꝛe. ſed intētione ſꝫ deuotiōe
ſed ſpiritu. Solus es ſi cōmunia non cogi/
tas. ſi non affectas pſentia. ſi deſpicias quod
multi ſuſcipiūt. ſi faſtidias quod oīes deſi
derant. ſi iurgia deuitas. ſi damna nō ſenti/
as. ſi non recoꝛderis iniuriarū. Cibus aīme
gratia dei dulciſſimus. ſane ⁊ omnē habens
ſuauitatē ⁊ delectamētum ſapoꝛis. non mo
do delectat ſed reficit ⁊ medetur. Quattu/
oꝛ ſunt ſigna que oſtendūt preſentiā gratie
dei. In primis ſi coꝛ in ſe eſt pacatum ⁊ qui
etum. quia in nulla re requieſcit. ⁊ impletur
coꝛ niſi in ſolo deo. ꝗuis ⁊ cetera affici qui/
dem poſſunt. implere autē nō poſſunt. Se
cundum quādo mens ⁊ animus ad deuoti
onem inclinari ſe ſentit. Tertiū in preſentia
gratie tūc plus ſolito facies hominis hyla/
reſcit ⁊ benignam ſe oſtēdit Quartum ē fere
idem. videlicet cū in motibus exterioꝛibꝫ plꝰ
homo eſt compoſitꝰ atqꝫ oꝛdinatus.

De diligentia

Vanum eſt qꝺ multos a perfecta ⁊ fer
uenti emendatiōe retrahit. Horroꝛ
difficultatis ſeu laboꝛ certaminis.
Quoniā vero illi maxime pre alijs in virtu
tibus pficiunt. qui ea que ſibi magis cōtra/
ria ⁊ grauia ſunt. virilius vincere nituntur.
Nam vbi homo plus pficit ⁊ gratiā ampli/
oꝛem meret. ibi magis ſeipm vincit ⁊ in ſpi/
ritu moꝛtificat. Duo ſpecialiter ad magnā
emendationē iuuāt. videlicet ſubtrahere ſe
violenter. ad quod natura vicioſe inclinat. ⁊
feruenter inſtare p bono quo amplius quiſ
indiget. Qꝫ nociuū eſt negligere vocatiōis
ſue propoſitū. ⁊ ad non cōmiſſa ſenſum icli/
nare. Religioſus qui ſe intente ⁊ deuote in
ſanctiſſima vita ⁊ paſſione domini exercet.
omnia vtilia ⁊ neceſſaria ſibi abundant ibi
inueniet. nec opus eſt vt extra Ieſum aliqꝺ
querat. Religioſus feruidꝰ omnia bene poꝛ
tat ⁊ capit que illi iubent. Religioſus negli/
gens ⁊ tepidus habet tribulationē ſup tri/
bulationē ⁊ ex oīni parte anguſtiā. quia inte
rioꝛi conſolatiōe caret. ⁊ exterioꝛē querere p
hibetur. Religioſus extra diſciplinā viuēs
graui patet ruine. Qui latioꝛa querit ⁊ re/
miſſioꝛa. ſemp in anguſtijs erit ⁊c. vt patet ī
deuoto libello de imitatione dn̄i noſtri ihu
chriſti.

De diſciplina.

Primo omniū iugo diſcipline inſolē
tia moꝝ domanda eſt quouſqꝫ di/
rius ac durius ſenioꝝ attrita legibꝫ
humiliet et ſanet ceruicoſa voluntas. bonū
qꝫ in ſe nature qꝺ ſupbiendo amiſerat. obe/
diendo recipiat. Accedit nimiꝝ diſciplinatis
moꝛibꝫ bonū nature. quo reddit homo ſua
uis ⁊ mitis. homo ſine querela. neminē cir/
cumueniēs. neminē cōcutiens. neminem le
dens. nemini ſe supextollens aut preferens
D ꝗꝫ cōpoſitū reddit omnē coꝛpoꝛis ſtatū
nec nō et mēbris habitū. diſciplina ceruicē
ſubmittit. ponit ſupciliū. cōponit vultum. li
gat oculos. cachinnos cohibet. ſtringit gu/
lam. irā ſedat. foꝛmat inceſſum. Nā de mo/
nachis oꝛdinatis ⁊ inoꝛdinatis dicit abbas
paſtoꝛ ſic. Qui querulosus eſt. monachꝰ nō
eſt. Qui maliciā in coꝛde tenuerit. monachꝰ
non eſt. Qui iracundꝰ eſt. monachꝰ non eſt
Qui elatꝰ ⁊ verboſus eſt. monachus nō eſt.
Qui vere eſt monachus ſemp eſt manſuetus
humilis. charitate plenus. ⁊ timoꝛē dei ſem
per ⁊ vbiqꝫ pre oculis habet vt non peccet.
Itē Iohēs abbas mōtis ſynai dicit. Mo/
nachus eſt qui ſolū que dī ſunt agit cogitat
⁊ loquit. xpo vnitus in oīni tempe loco ⁊ ne
gocio. Monachꝰ eſt violētia nature indeſi/
nens. ⁊ cuſtodia ſenſuū indeficiēs. Mona/
chus eſt ſanctificatū coꝛpꝰ. expurgatum os
⁊ illuminata mens. Et qꝫ ſputas eſt fidelis ⁊
prudēs monachꝰ q ſub obediētia ſubiectōe
⁊ laboꝛe doloꝛeqꝫ caloꝛē ſuū cuſtodit inexti/
guibilē. ⁊ vſqꝫ ad ſuū exitū ignē igni. ⁊ feruo
rē feruoꝛi. ⁊ amoꝛē amoꝛi. ⁊ deſideriū deſide
rio. ⁊ ſolicitudinē ſolicitudini quotidie non
ceſſauit. Vn̄ ⁊ Bern̄. Ille vere eſt monachꝰ
qui deuotionē tenet in choꝛo. patiētiā in ca/
pitulo. diſciplinā in laboꝛe. meditatiōꝫ in le
ctione. feruoꝛē in oꝛōe. caſtitatē in tēptatiōe
tollerātiā ī aduerſitate. hūilitatē ī pſpitate.

¶ Expliciūt octo collatiōes s. Bonauenture